

hocum totius religionis concernit corrigi moniales abque strepitum. Sic Navar. Collectio casu. Manual. art. 5. corollario 2. proxime allegat. Atque idem est dicendum in casu in quo iure curato est; ut in penitentiam criminis recludatur monialis in aliud monasterium, ut decenter cap. quoniam de monia. de moniali finoniac recepta, & recipiunt. Non enim id ius corrigitur, quamvis Thomas Zerola in praxi Episcopali p. 2. verbo moniales, dub. 8. & 12. dicat sacram Cardinalium Congregationem decidisse, non licere hunc exitum causa reformationis, aut novae fundationis, aut correctionis, sed in omnibus his casibus Sedem Apostolicam esse consulendam. At hi omnes causas retinendi sunt, & praxi sunt ita recepti.

43. An verò sit iusta causa, quando monialis adeo incorrigibilis est, ut in nullo monasterio ejus reformatio, & correctio speretur, explicatum est supra cap. 9. num. 6.

49. Et an integrum sit monialibus egredi, ut ad ordinem strictiorem transeat, sicut id licitum est viris religiosiis, iuxta c. licet de regul. dicitur supra c. 7. hanc lib. num. 6.

50. Non tamen erit iusta egressus & monasterii causa, ut Abbatissa viderit monialibus sibi subiecta. Quod etiam ad bonum commune spectare videatur, ad id non Abbatissae, sed ad Praelatos regulares spectat. Et ita docent Aretid. cap. periculosus, in prin. num. 1. de statu regular. in 6. & ibi Joann. Andr. nu. 1. & 2. Dominicus num. 6. & duplici sequenti Anchar. num. 2. notab. 3. Francus, num. 4. notab. 6. Quod hodie certissimum est, id enim est definitum à Pio V. in bulla, quae incipit: Deperi, & honestati, ut expressè interdixit hujus rei causam egressum Abbatissae, & Priorissae cujuscumque monasterii, & solam egressus illis licentiam concessit ex causis, in quibus aliis monialibus egredi, licet, & obtenta eadem licentia, quae in aliis desideratur: quod bene advertit Navar. tomum. 4. n. 47. notab. 2. & 3. de regularib.

51. Nec tamen per hoc corrigitur à Pio V. casu egressus concessa Abbatissae, & periculosus §. verum quando, de statu regular. in 6. nempe, quando ratione fundi, quod habet monasterium, debet praestari ab aliquo Principe, vel domini temporali, juramentum fidelitatis, nec potest effici, ut illud per procuratorem velit praestare tunc enim exire potest Abbatissa decenter, & honestè comitata, ut juramentum suscipiat, statim eo suscepto reditura (non, inquam, corrigitur) Quia nulla correctionis hujus textus mentionem fecit: immo idem in suo motu proprio incipiente: Circa pastoralis, omnia in eo c. contenta confirmavit. Atque bene advertit Sylvester in summa, verbo religio 7. q. 16. dicto 2. etiam in hoc casu esse licentiam superioris petendam: quod si nulla iusta causa datus illam denegat, poterit auctoritate juris Abbatissa egredi. At credo debere evidenter de injuria superioris constare: nam in dubio, & ubi res non est certa, illius iudicium sequendum est, utpote cujus est causas egressus discutere, & approbare.

52. Quare minus bene sentit quidam vir satis doctus, qui de hac conscientia questione interrogatus, an liceret Abbatissae egredi clausura januis clausis, & omnibus saecularibus egressis ad percipiendum Ecclesiae sui monasterii edificium, non causa curiositatis, sed necessitatis, ad significandum latomus, & cementariis, quanta debeat esse Ecclesia, & duplicandum an placeat edificium, respondit licere. Sed id nullatenus approbo, cum non ita necessarium sit, quin possit per alios facile expediri, & non in spectro per moniales seculo significari latomus.

53. Erit tunc manifestè iusta egressus causa, quando auctoritate Praelati ex causa iusta totum monialium conventus locum mutat. Quippe hic casus utilitatem totius monasterii concernit. Atque ita Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. statuit, ut monasteria monialium sita extra urbem, & oppidi moenia, expolita malorum hominum praedae, & alijs facinoribus, ad alia monasteria intra urbem, vel oppida redeant, si ita visum fuerit expedire Episcopis, & alijs superioribus. Et ita docent Collector privilegiorum Mendicantium, verbo clausura monialium, casu 6. Manual q. regul. tomo 1. q. 49. art. 5. corol. 4.

54. Tandem est iusta egressus causa, si conversae alicui professa ad elemosynas alimentis conventus necessarias colligendas egrediantur, servatis conditionibus petitis ad hoc in motu proprio Pii V. qui incipit: Circa pastoralis, ubi, quando monialibus deest victus necessarius, ita ut vitam transigere nequeant, nisi ad emendandas elemosynas clausuram egrediantur, quia per alios petere commode non possunt, statuit, ut elemosynae per conversas non professa petantur, & si professa fuerint, sint annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra monasterium tamen degant, nec aliarum monialium clausuram ingrediantur, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, nec ex iis domibus exire valeant ad petendas elemosynas abque ordinarij, aut earum superioris licentia. Quem motum proprium declaravit postea Gregor. XIII. in alio motu proprio edito anno 1572. qui incipit: Deo factis virginibus, ibi. Ceterum, quod antea ad conversas profesas, quas Pius V. praedecessor per praedictas litteras sub certis conditionibus ibi contentis permittit posse manere extra monasteria pro colligendis elemosynis, eisdem locorum ordinarij in iungimus, ut quibus monasterii praedictarum monialium quaerant laboribus comparati, vel alia qualibet ratione, de sufficienti substantione, & de sustentatione sufficienter provolum esse cognoverint, easdem conversas sub eadem clausura cum alijs

monialibus reducant, nec à suis monasteriis amplius extra permittant. Et Lulius Zechius de Republica ecclesiastica, tit. de regular. c. 3. nu. 15. vers. 9. refert ex litteris Congregationis Cardinalium editis anno 1573. Idibus Februarii, declaratum esse, ad emendandas has elemosynas, non plures conversas, quam octo mittendas esse, quae binae incendant, nec disjungantur, & sint vita probatae, excedentes annos 39. nec pernoctent extra oppida, ubi habent monasteria, nisi de Episcopi licentia, & tunc simul dormiant. Ex quo constat, Gregorium XIII. in praedicto motu proprio hanc facultatem sustulisse, cessante praedicta necessitate, non autem ea durare. Atque ita hunc casum statuit Navar. tom. 4. n. 56. vers. ex quibus colligo, quod Gregorius, de regul. Manual quast. regul. tom. 1. q. 44. art. 4.

55. Dum autem in eo motu proprio Pii V. interdicitur his conversis professis exitus ex domibus illis contiguis ad petendas elemosynas, abque ordinarij licentia, non interdicitur exitus ad audienda sacra, & percipienda sacramenta: quia de soli priori exitu loquutus est Pontifex. Quod optimè docet Navar. n. praed. allegatus, & optimè addit, casus domos contiguis non esse domos regulares, cum extra monasterii clausuram sint.

56. Insuper Gregorius XIII. in eo motu proprio volens exitum hanc conversarum ad petendas elemosynas impedire subveniendo aliter praedicta necessitati, praecipit, ut dimidium omnium elemosynarum, à quibuscumque, in quacumque mundi parte, quocumque lege, dispositione, vel obligatione faciendarum pauperibus, distribuantur monasteriis monialium, praedicta necessitate pressis, quae sunt in terris, vel locis in quibus illae erogandae sunt: & hoc abque alia peculiaris iulione Pontificis, vel aliter, & abque ulla petitione illarum, vel quorumcumque aliorum, dummodo duplex conditio concurrat. Prior est, ne illae elemosynae sint in pauperes certos distribuendae: posterior est, ut licet pauperibus incertis largiendae sint, non sint tamen ad utrasque alios destinatae, praeterquam ad pauperum alimenta. Quare haec dimidia pars elemosynarum debetur monialibus, quoties vel pauperibus incertis, & ad utrasque incertos sunt destinatae, vel quando sunt destinatae pauperibus incertis ad certos alios ab ipsorum alimentis, quando pauperibus certis sunt alios alimentis, vel quando incertis, ad alios tamen certos alios ab ipsorum alimentis. Et quamvis Navar. tom. 4. nu. 54. vers. ex quibus colligo, de regularib. significet solam deberi quando ad alios incertos destinatae sunt: at ipsemet lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de regular. consil. 16. nu. 2. in 2. tit. de statu monachorum, consil. 8. num. 2. statuet se ibi obicere loquutum, & explicat, ut non explicavimus, & merito, nam motus proprius apertè indicat verbis. Hoc tamen praecipuum perpetuum non est, sed temporale, dum praedicta necessitas durat, ut clarè dicit idem Greg. XIII. in eo motu proprio, & docet Navar. eod. tom. 4. n. 57. in initio.

58. Praeterea Gregor. XIII. in eo motu proprio committit ordinariis, ut hortentur parentes, & quoscumque consanguinitate conjunctos his monialibus, ut illis subveant. Quae verba praecipuum non continent, ac proinde ordinariis non est integrum, parentes, aut consanguineos ad hoc cogere, nisi aliunde ad id teneantur. Sic Navar. tom. 4. nu. 55. vers. qua licet multum, de regularib.

58. Tandem Pius V. in suo motu proprio, qui incipit: Circa pastoralis, interdixit receptionem in posterum monialium, ut conversae etiam professionem emittant, his verbis. De cetero nulla alia conversae professa recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum possit. Quod si adversus hanc nostram prohibitionem recepta fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc illam irritam facimus. Quem motum proprium explicans Gregor. XIII. in alio suo, qui incipit: Deo factis virginibus, sic ait: Conversae vero non professa, & profertur noster, dimisso habitu demum remittant: nec alias in futurum, nisi professa fuerint suo tempore emittant, atque sub perpetua clausura manent, in monasterio huiusmodi recipi permittantur. Quod autem idem Pius praedecessor statuit de cetero nullas alias conversas profesas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse ita esse intelligendum declaramus, praeter illas conversas, quae extra monasterium in domibus contiguis degere. Circa quae decreta valde anceps fuit Navar. tom. 4. num. 56. vers. ex quibus colligo, quod iam non possunt de regular. Nam motus proprius Pii V. expressè videtur interdixit receptionem quarumcumque conversarum, etiam si profertur, & intra clausuram manere velit: & Greg. XIII. in praedicta illius motu proprio explicatio idem apertè indicat, dum solas, quae in domibus contiguis ad petendas elemosynas destinatae erant, recipi permittit. Ad idem Greg. XIII. in eo motu proprio clarè significat, solas conversas, quae profertur nolant, & intra clausuram esse, non posse admitti, illis verbis, nisi professa fuerint suo tempore emittant. Quare huiusmodi decisionem, & cum respondeo, mentem Pii V. fuisse eam: quam verba indicant, nempe, ne illae conversae posthac recipiantur, siquam fuisset, non discedere à mente eius, sed solas excedere conversas necessarias, quae in domibus monasterio contiguis ad petendas elemosynas manere deberent. Quare ex mente Navar. solae feminae possunt recipi deinceps ad habendum, & professionem, quae necessariae essent ad petendas monasterio elemosynas, & in domibus ei contiguis habitaturae.

SUMMARIUM.

Explicatur, quae censura lata iure sint in moniales clausuram violantes, & eis faventes, n. 62. An exigatur sententia ad inhabilitatem, & alias poenas ibi contentas incurrendum? Proponuntur probationis non exigi, num. 64. Explicatur sententia Auctoris, n. 65. Quid intelligatur per officia, administrationes, & dignitates, quibus Pontifex ibi privatur? n. 66. An exigatur ad has poenas incurrendas exitus omnino à monasterio septis, an potius sit exitus à clausura stricta, ut si exeat ad Ecclesiam? Proponuntur probationis non satis esse exitum à clausura stricta, n. 67. Explicatur sententia Auctoris, n. 67. An exigatur, ut egressus non sit modicus, sed ad culpam mortalem sufficiens, & quid licentia sit licentia sit legitima, sed non in scriptis obtenta? n. 69. An incurrant licitè egressus abque licentia, quia non erat aditus ad superiores, at non movens postea superiores: vel quia licitè egressus sunt, si finita causa, non statim, aut non via recta redeant? n. 70. An incurrant conversae professae, existentes in domibus monasterio contiguis ad petendas elemosynas, si ad instaurata, aut prava exeat? num. 71. Quando recipientes, aut comitantes moniales illicitè egressam incurrant, n. 72. An incurrant, qui recipientes, aut comitantes novitias egressas? num. 73. An incurrant Episcopi, canonici Ecclesiae cathedralis, regulares, & alia persona in dignitate constituta, recipientes, aut comitantes moniales egressas, aut Episcopi possit licentiam concedentes? Proponuntur probationis pariter negantem, & probatur omnes hos non comprehendi in materia istius nominis clerico, secus in favorabilis, n. 74. Explicatur sententia Auctoris, n. 75. Quis possit abolvere ab excommunicatione in eo motu proprio lata, & an Episcopus possit abolvere ab excommunicationibus, & casibus reservatis post Trident. etiam si illi occulti sint? num. 76. Quis ab inhabilitate, & privatione officiorum? referatur duplex sententia, n. 77. Explicatur sententia Auctoris: & ibi, an possit Episcopus virtus Tridentini, & an superiores religionis gaudent eadem facultate Tridentini, & quid virtute cruciata, vel privilegiorum Societatis JESU, & expulsi privilegii concessi fratribus Minoribus? num. 78.

63. Quaestio ultima. Quae censurae latae sunt in moniales clausuram violantes, aut eis faventes. Pius V. in motu proprio, qui incipit: Deperi, & honestati, ubi interdixit egressum monialium à suis monasteriis, nisi in casibus ibi expressis, & egressis eis, illis casibus praecipit ad solum necessarium tempus extra monasteria permanere, subdit haec verba: Alter autem, quam (ut praefertur) egredientes, seu licentiam excomunicacione quomodocumque concedentes, nec non comitantes, ac illarum recipientes personas, si saeculares, aut saeculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latae sententiae vinculo, statim eo ipso, abque aliqua declaratione subiacere, à quo praeterquam à Romano Pontifice, nisi in articulo mortis absolvi nequeant, & insuper tam egressus, quam receptos, & alios superiores praedictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, & per eas tunc obtentis, privamus, & illas, & illos ad obtenta, & ad alia in posterum obtinenda, inhabile decernimus, ubi duplex poena statuitur. Prior, excommunicatio Papae reservata, quae generalis est contra moniales egressas alter, quam in eo motu proprio huicque satis explicato conceditur, & contra licentiam egredienti alter concedentes, comitantes, ac recipientes. Posterior, privato dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illa, & ad alia in posterum obtinenda; & haec non est ita generalis, ac excommunicatio, quia solas moniales egressas, & praedictas, & alios superiores licentiam egressus concedentes afficit. Insuper docet Manuel qq. regul. tomo 1. q. 49. art. 5. moniales sic egressas incurrere excommunicationem latam in Trident. sess. 25. c. 5. de regular. Sed ex vera nec in edecreto, nec in alio eisdem Tridentini reperitur talis excommunicatio, sed in solis ingredientibus in monialium clausura abque legitima licentia.

64. Circa quae poenas prima difficultas est, an incurram eo ipso ante omnem Judicium sententiam, etiam criminis declaratoriam? Et non disputamus de excommunicatione, qui eam statim incurri abque aliqua sententia nemmo dubitat, sed difficultas est de dignitatum, administrationum, officiorum tunc obtentorum privatione, & inhabilitate ad illa, & ad alia in posterum obtinenda. Eiusdem videtur nullam Judicium sententiam desiderari: quae Pontifex in eo motu proprio privat illis, Insuper inhabilitas est poena privativa, quae nulla executione indiget, sicut excommunicatio, irregularitatis, suspensio, & interdictionum. Ergo sicut haec censurae incurruntur abque aliqua Judicis sententia; & ratio est iuxta communem sententiam, eo quod

quod sint penae privativae ad sui executionem nulla actio indiget: sic etiam ea inhabilitas incurritur. Et ita tenet *Grassius prima parte decisionum, libro 4. cap. viginti octavo, num. 12.*

65. Ceterum exilium exigit sententiam iudicis declarantis crimen. Ducor, quod cum rationem ut irregularitas, excommunicatio, & alia censura incurritur absque aliqua sententia, eo quod sine poena privativae, nulla actio ad sui executionem indiget, satis reprobavi lib. 9. de *matrim. disp. 30. n. 1.* & concludi n. ultimo, nullam huius rationem inveniri, nisi quod sic usu explicatum sit, ut illae sententiae, nulla expectata iudicis sententia, incurrantur. Quod tamen non invenitur in hac inhabilitate. Imo Gregor. XIII. in motu suo proprio, de datis, & promissis proficit, vel gratia, eodem tenore verborum usus est contra suae constitutionis transgressores, ibi: *omnes omni beneficii ipso iure privamus, ac privatos esse declaramus, ac inhabiles ad illa, & ad alia esse volumus.* Et tamen Navarr. in eius motu proprio expositione, in 1. editione n. 41. in 2. n. 44. *Adrianus* in 1. de *usu, disp. 66. col. 2. vers. duo de forsa.* docent exigi hanc iudicis sententiam, ut incurrantur, quod maxime procedit in absentibus: cum ea sit poena egressus ad sui executionem aliqua hominis actione. Praeterea Clemens VIII. in motu proprio de largitione munerum religiosis interdicta, rigidioribus verbis est usus, ibi: *Omnia, & singula per eum obtenta dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso privamus, ac ad illa, & alia in futurum obtinenda inhabilitate privamus, & incapax existat, & hoc absque ulla superioris decreto, aut ministerio.* Et tamen *Sossa* in illius expositione, num. 102. dicit exigi aliquam iudicis sententiam.

66. Secunda difficultas est, quid nomine dignitatum, officiorum, & administrationum, quibus privat Pontifex in hoc motu proprio moniales absque legitima licentia egressas, ac facultatem egrediendi concedentes, intelligatur. Breviter dico intelligi dignitates, & officia, & administrationes, & habentia in omni superioritate quamdam, ut electio Generalium, Provincialium, aut superiorum localem: non autem alia officia, quae sunt esse concionatorem, confessorum, lectionem Theologiae. Ducor, quod Sixtus V. in suo motu proprio contra regulares illegitime natos, eos dignitates, gradibus, & officiis privavit. Et tamen ipsemet in alio motu proprio, quem in prioris declarationem edidit, sic ea verba explicuit. Et ita etiam motum proprium Clement. VIII. de largitione munerum utentem eisdem verbis (ut n. precedenti notavimus) explicat *Sossa* in expositione illius num. 101. Idem docent in terminis motus proprii Pii V. & Gregor. XIII. interdicentium ingressum seminarium in monasteria virorum, sub poena privationis officii, admittentes, *Manuel* in expositione eius motus proprii Pii V. num. 21. *Sorbus* in compendio privilegiorum Mendicantium, verbo *ingressus monasteriorum monialium*, in suis annotat. n. 8. & atque addit in quodam fuo Capitulo generali explicatum esse, comprehendit quoque Visitatorum, & Commissariariorum generalium, vicarii monachorum, aut monialium officia, non autem officium diffinitorum, aut discretorum.

67. Tertia difficultas est, quae moniales egressae clausura in his penis comprehendatur. Videtur enim non comprehendi exeuntes a sola clausura stricta, quam intra clausuram conventus janua contineri diximus n. 6. sed solas a septis monasterii exeuntes, & sic non ligari exeuntes ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter clausuram monasterii portam, & aliam secularibus patentem, per quam intrat. Quod videtur probari ex illis verbis motus proprii *de monasteriis extra*, & ibi: *alios egredientes, & comitantes, ac receptantes personas.* Nec obstat Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit: *Quod sacris Virginitatibus*, declarasse clausuram esse spatium, quod intra janua monasterii semper clausuram continetur: quia in ea non meminit harum poenarum, nec declaravit hunc motum proprium eas continere, sed alium Pii V. qui incipit: *Passoralis*, in quo poenas has non statuerat.

69. At dicendum est, re vera incurrere solo egressu ex stricta clausura: quia eas statuit Pius V. in moniales clausuram violantes, seu & monasterio egredientes. At eam violant, & censentur a monasterio egredi, si ad Ecclesiam, aut spatium, quod est intra clausuram monasterii janua, & aliam secularibus patentem egrediuntur, ut explicuit Gregor. XIII. in suo motu proprio, qui incipit: *Quod sacris Virginitatibus*. Ergo incurrant has poenas, Atque huius sententiae videtur *Manuel* op. *regular. tom. 1. q. 49. art. 5.* ubi ait, subd. his penis egredientes quomodocumque monasterii clausuram.

69. Exigitur tamen ad incurrendas has poenas egressum non esse ita leviem, ut solam venialem culpam constituat. Quod ex se manifestum est, cum nec excommunicatio pro sola veniali culpa ferri possit, & alia tam graves poenas iniuste essent, utpote quae gravitati delicti valde dispares, si pro sola veniali culpa incurrerentur. Quando autem sit venialis culpa ratione paritatis materiae, & antalis sit, quando causa est iusta, & ad legitima licentia, non tamen in scriptis, dicitur *scg. n. 29. 30. & 69.*

70. Nec etiam credo incurrere has poenas moniales licite absque expressa superioris licentia egressas, ratione periculi in mora adveniendi superioris, quando poena superiorum de egressu non certiorum facerent, casu, casu quo n. 69. ad id eas teneri diximus. Quamvis *Lellius* *Zechius* de *Repub. Ecclesiast. tit. de regular. c. 2. n. 15. vers. 9.* dicit eas incurrere, sed id non credo. Quia motus proprius solas iniuste egredientes poenis illis afficit, at hae non dicuntur iniuste egressas. Quia ratione etiam nec incurrere credo, quod legitime egressae non redeunt, finita egressus causa, sed diu demorantur, aut alio divagantes, non redeunt via recta ad monasterium. Quia etiam has peccare mortaliter, & esse clausuram violatrices dixerimus n. 66. & 61. & poenas huius motus proprii fit contra violantes clausuram, & in eo quoque iubetur reditus statim finita causa, & at quando motus proprius descendit ad poenas illegitimas, non generaliter loquitur est contra eas constitutionis violatores, sed firmiter contra solas moniales illiciti exeuntes, & eis faventes. At hae moniales non illiciti exiit, quamvis post exitum motum illicitum trahat. Et poenas, maxime ad ea graves, restringere oportet. Quod idem in simili fuisse latè probans *Sossa* in expositione motus proprii Clem. VIII. de largitione munerum religiosis interdicta num. 100. Cum enim Clemens VIII. interdicat ubi religiosis munerum largitionem, & quibuscumque aliis eorum receptionem legibus conditionibus ibi petitis, quia tamen in transgressores poenas indixit, solius largitionis meminit, dicit ibi *Sossa* non ligari illis penis incipientes contra eam constitutionem. Quare non approbo, quod dicit *Llanas* in *methodo curacionis*, in appendice, quam ponit *infra*, §. 10. ubi ait, non regredientem statim finita egressus causa, subici his penis.

71. Nec etiam incurritur moniales conversae professae exilentes in domibus monasterio contiguis causa petendi elemosinas, si ob inutilitatem quaevisque, imò & ad facinorosa perpetranda ex illis egrediantur. Quia cum domus illae non sint regulares, nec intra clausuram, ut n. 55. diximus, non dicuntur & monasterii egredi.

72. Quarta difficultas est, quando proprie receptantes, aut comitantes moniales illiciti egressam, incurrant has poenas. Breviter respondeo, eas non incurrere, quae nullo pacto sunt causa egressus, nec ut moniales extra monasterium perseverent, fed eam recipiunt, ut comitantur post egressum, ut ejus honori, & castitati consulant. Quia tantum abest, ut personae hae sint aliquis delicti reae, ut potius adum meritorium exerceant. Atque ita docent *Navarr. comment. 4. n. 53. vers. in quibus nota primo de regular. lib. 3. p. 2. decess. lib. 4. c. 23. n. 17. Azor. tom. 1. in fin. moral. lib. 3. c. 8. q. 1. in fin. vers. 3. quare, Llanas in methodo curacionis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 12. infra. Lellius* *Zechius* de *Reg. Ecclesiastica tit. de regular. c. 2. num. 15. vers. 9.* *Thomas Zerola* in *praxi Episcopali, in secunda edit. p. 1. verbo moniales ad 16. questum, dub. 1. Manuel* *op. regular. tom. 1. q. 49. art. 5. ubi*. Subdit autem se non audere extorque ab his penis cognatas, qui nulla necessitate ducti, sed sola causa vitandi opprobrium, vel inurbanitatem, vel causa amicitiae, aut cognationis id efficerent. Sed melius *Manuel* dicit excusari ab his penis, dummodo non faveant egressui, nec perseverantiae in illo, quod idem aperte sentit *Llanas* *proxime allegat.* ait enim eos solos incurrere, qui ex comitatu, aut receptione cooperantur delicto. Et ratio est, quia excommunicationem latam in haereticorum receptatores, illi soli incurritur qui receptant ut haereticos, id est, habendo aliquo modo haereticum, ut diximus, lib. secundo, cap. 10. *num. quarto*. Ergo similiter illi soli receptatores, & comitantes his penis subduntur, qui recipiunt monialem egressam, faventes aliquo modo illius delicto.

73. Nec incurritur, qui quomodocumque receptant, aut comitantur moniales novitias egressas. Quia motus proprius de solo egressu professorum loquitur. Sic *Navarr. eodem comment. 4. num. 47. vers. circa quod in praesentia pratorio, Thomas Zerola eodem verbo moniales ad 16. questum, dub. 4.*

74. Quinta difficultas est, an praedictis penis ligentur Episcopi, & religiosi, & aliae personae in dignitate constitutae, comitantes, aut recipientes moniales iniuste egressas, vel Episcopi illicitam egressum licentiam concedentes? Ratio dubitandi est, quia motus proprius praedictus, dum penis subicit comitantes, aut receptantes, sic ait: *nec non comitantes ac illarum receptantes personas, sine laicis, aut secularibus, vel Ecclesiasticis, ubi nullam Episcoporum, religiosorum, aut personarum in dignitate constitutarum mentionem fecit.* At nomine clericorum in materia odiosa non comprehenduntur Episcopi, nec clerici in dignitate constituti, ut canonice Ecclesiae cathedrales; ut bene docent *Abbas* *rubrica de vita, & honestate clericorum num. 4. Rosella* *verbo clericus, statim in princip. ubi Angular, Sylvester, & Taberna*, qui tres bene addunt, nec etiam comprehendit regulares, quia in omnibus his peculiaris qualitas in clericis communibus non existens reperitur. De Episcopis etiam concedentibus eam licentiam est specialis ratio dubitandi: nam *ei, quia periculoso, de sententia excommunicationis, in 6. docentur Episcopos nulla suspensione iure lata ligari, nisi in canone illo fiat expressa eorum mentio: secus autem de ex-* com-

communicatione. Ergo non incurritur eam officii suspensionem latam in eo motu proprio.

75. Verum exilium omnes hos comprehendit in excommunicatione lata contra receptantes, aut comitantes. Ducor, quod generaliter illi censura subiecerit personas comitantes, seu receptantes, & postea, ne quis se liberum ab hac censura existimaret, quod fit secularis, Ecclesiasticus, aut conlanguineus, expressit omnia illa, non quali volens restringere, quod indefinitè, & generaliter de personis dixerat; sed volens ampliare, ne his praetextibus quispian sit excusari expositionem, si iniuste licentiam egressum ab officio depositionem, si iniuste licentiam egressum concederet. Cum enim in principio dixisset, Episcopi, & superioris religionis esse licentiam egressus concedere, in fine hac censura afficiens iniustam licentiam concedentes, dixit: *insuper tam egressas, quam praesentes, & alios superiores praedictos sine licentia huiusmodi concedentes, &c.* & ita illis verbis: (*superiores praedictos*) comprehendit Episcopos, & superiores regulares, de quibus ante dixerat.

76. Ultima difficultas est, quis possit absolvere ab excommunicatione, & dispensare in privatione officiorum, & inhabilitate ad illa, statuis in hoc motu proprio. Et quidem de ab excommunicatione manifestum est ad solo Pontifice ejus abolitionem concedi posse: quia Pontifex eam sibi reservat. Quod si occulta esset excommunicatio ea, posset utique Episcopus ab ea absolvere *Trident. sess. 24. de reform. cap. 6.* ubi omnes casus occulti sibi conceduntur. Quamvis minus bene *Lellius* *Zechius* de *casibus reservatis, ca. 10. n. 1.* dicit, neque Episcopus posse ab hac excommunicatione occulta absolvere. Quia ait Cardinales declarasse, non posse Episcopum virtute illius concessionis absolvere a casibus, quos post Tridentini publicationem sibi Pontifex reservavit, qualis est hic, & *Thomas Zerola* in *praxi Episcop. 2. edit. verbo moniales, ad 8. questum*, refert quendam moderum scribentem quosdam contentias quaestiones in Archiepiscopatu Bononiensi tenuisse idem, dicitque se vidisset litteras Cardinalis montis Elpari, in quibus idem affirmabat esse de mente Cardinalium. Ceterum id non credo, quia cum in illis reservationibus non fiat mentio decreti Tridentini, non censetur illi derogatum, juxta ea, quae dixi lib. 3. de *matrim. disp. 26. n. 7.* Insuper quia, est haereticus reservatus sit in Bullis *Cenae* post Trident. nulli, ut diximus lib. 2. c. 11. n. 2. tenent posse Episcopum ab illa, si occulta sit, absolvere, virtute ejus decreti. Et quamvis alii negent, sed quia Pontifex declarat, & constat ex libri delictis. Praeterea quilibet confessorius potest absolvere ab illa excommunicatione virtute cruciatæ semel in vita, & semel in mortis articulo, quia expressè concedit hac facultatem illis, quando censura post reservata. Sic tradunt *Sorbus* in *privilegio Mendicantium, verb. ingressus in monasteria monialium in suis annot. n. 11. vers. duo primis, & Manuel* in expositione motus proprii Pii V. contra foeminas ingredientes in virorum monasteria, n. 33. qui bene etiam dicit *eam Sorbo eodem num. 11. vers. item patres*, posse etiam religiosos nominis Societatis JESU, qui confessorii approbati sunt, absolvere toties, quoties ab ea. Quia Paulus III. concessit religiosi Societatis JESU, ut possent toties, quoties absolvere ab omnibus casibus Sedi Apollieae reservatis, & ab omnibus penis, & censuris concurrentibus ex eis, praeterquam in contentis in Bulla *Cenae*. Bene etiam dicunt, posse per communicationem huius privilegii fratres Minores absolvere ab ea eodem modo. Atque similiter idem dicendum est de omnibus aliis religiosis, qui Mendicantium privilegii fruuntur. Quod si petas, quid dicendum sit, quando excommunicatio haec est deducta ad forum contentiosum, & sic denunciata, dicam *cap. 17. num. 42. & 43.*

77. Specialis autem est difficultas de privatione officiorum, & inhabilitate ad illa: *Manuel* *op. regular. tom. 1. q. 24. art. 17.* latè probat posse Provinciales, & Generales religionum exemptarum dispensare: idque probat, quia habent jurisdictionem quasi Episcopalem. At Episcopus potest dispensare in penis iure laico ob adulterium, & alia crimina minus graviora, dum non expressè renovantur; ut tradunt textus, & omnes scribentes *ibi c. ar. si clericis, §. de adult. ritis, & subditis, & multi alii, quos refert, & sequitur Henriquez* *lib. 14. de irregularitate cap. 19. numero secundo*, quae omnia in hoc casu concurrunt: nam solam excommunicationis poenam reservavit sibi Pontifex: & monialium egredi monasterio, quod soli iuri humano adversari, minus grave crimen adulterii est. Sed *Grassius* *1. p. decisio. num. lib. 4. c. 23. num. 12.* negat posse superiores religionum, quamvis delictum esset occultum, & ipsemet *Manuel* mitius loquitur in expositione motus proprii, ut referemus *num. sequenti*.

78. Sed cum nos tenuerimus n. 65. poenam hanc non incurri abique iudicis sententia, non potest dari casus, quo res fit occulta, cum ad forum contentiosum deducta sit, iudicis sententia accesserit. Quare exilium, nec Episcopus, nec his superioribus integram esse in hac inhabilitate, & privatione a Pontifice induta, ac sententia iudicis

decreta dispensare. Si autem teneremus eam absque aliqua sententia incurri, tunc, existentibus occulto, possent superiores hi dispensare. Quia in inhabilitate contrada ob delictum occultum, potest Episcopus dispensare cum sibi subditis virtute *Trident. sess. 24. de reform. c. 6.* ut benedixit *Henriquez* *lib. 13. de excommunicatione c. 56. n. 1.* quia facultate gaudent omnes Generales, & Provinciales, & superiores locales ordinum mendicantium, & fruentium eorum privilegiis per motum proprium Pii V. cujus verba refert *Manuel* *op. regular. tom. 1. q. 61. art. 9.* ubi concessit omnibus superioribus D. Dominici, & consequenter omnium ordinum mendicantium, & fruentium eorum privilegiis, ut gaudeant proffus eadem facultate erga alios regulares subditos, quae gaudent Episcopi virtute *Trident. sess. 24. c. 6. de reform.* Et in propriis terminis docet *Manuel* in expositione motus proprii Pii V. contra foeminas ingredientes monasteria virorum, n. 36. *Et Sorbus* in compendio privilegiorum Mendicantium verbo *ingressus in monasteria monialium n. 11. vers. dicitur 4.* posse Episcopos virtute ejus decreti in hoc dispensare, & praedictos superiores regulares. Et quamvis uterque loquatur de Provincialibus horum ordinum: at motus proprius expressè loquitur etiam de superioribus localibus. Idque iure optimo, quia hi quoque quasi jurisdictionem Episcopalem in suos subditos habent, ut probavi lib. 8. de *matrim. disp. 3. n. 9.* At nequeunt superiores hi religionis hanc facultatem delegare, ut bene docent *Manuel eodem n. 36. & Sorbus* *libidem*, quia Pius V. in eo privilegio expressè dicit, ut per se ipsos id possint. At virtute Bullae cruciatæ non possunt confessorii in his dispensare: quia solam abolitionem a censuris eis concedit. At privatio haec, & inhabilitas non sunt censura, fed quadam poena, ut constat ex *e. quarenti, de verborum significacione*, ubi deciditur, nomine censuræ solum comprehendit excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Et ita docet *Sorbus* *ibi, vers. dicitur 3.* *Et Manuel* in eadem expositione motus proprii, num. 35. ubi subdit cum *Sorbo* *libid. vers. iterum est notandum* per amplissimum concessionem Eugenii IV. fratris Minoribus, posse eos a suis confessoribus per Praelatos deputatos ab hac, & similibus inhabilitatibus absolvi semel in vita, dummodo integro anno recitent quilibet hebdomada semel *Paldos* penitentiam cum suis litaniis: quod si legitime impedimento aliqua hebdomada omiserint, debent recitare hebdomada anni sequentis. Quod privilegium refert compendium privilegiorum Mendicantium, verbo *absolutio extrajudicialia* quoad *fratres §. 3. & 4.* Immo & per privilegia concedentia abolitionem ab omnibus casibus reservatis, & a censuris, & penis concurrentibus ex eis, posset confessorius habens tale privilegium absolvere in foro conscientiae a praedictis privationibus, & inhabilitatibus, ut diximus num. 76. quia praedictae privationes, & inhabilitates sunt poenae impostae contra violatores praedicti decreti.

CAPUT XVI.

De clausura monialium quoad ingressum cuiuscumque personae in earum monasteria.

SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputanda sint? n. 1.
Proponuntur textus, quibus ingressus in monasteria interdicitur, num. 2.
An Reges, Reginae, Imperatores, Imperatrices, ac eorum filii hae prohibitiones comprehendantur? n. 3.
An pueri possint intra monialis clausura recipi? refertur quaedam sententia, n. 4.
Sententia Auctoris, & quid in dubio, an habeant usum rationis? n. 5. & 7.
Quid de amicitibus? n. 8.
An moniali iter agenti, aut legitime extra monasterium existenti interdicitur sit ingressus in alium, vel eisdem, sed diverso ordine monasterium? Refertur quaedam sententia, numero 9.
Sententia Auctoris, n. 10.
Quid nomine monasterii monialium contingatur, ut illuc ingredi non liceat, & an liceat monialem, & sacularum esse simul, in re neutra clausuram violat? n. 11.

3. Quintuplex est disputanda quaestio. Prima: Quibus personis hic ingressus interdicitur, & quid nomine monasterii monialium intelligatur. Secunda: Cuius sit licentiam ad hunc ingressum concedere. Tertia: Quis debeat esse hae licentiae, & an casus iustus indigeat, & quae sint illae? Quarta: Quae censura lata sit in ingredientes extra casus permittos, & in moniales admittentes, & quis possit absolvere, aut in eis dispensare. Ultima: An non solum ingredi, sed etiam accedere ad monialium monasteria causa eas invitandi, ac eas alloqui, sine scribere, sit iure interdictum.

2. Quae sit prima. Quibus personis interdicitur ingressus in monasteria monialium, & quid nomine huiusmodi monasterii intelligatur. Praemittendum est, ingressum hunc inter-